



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

13. De rebus Ecclesiæ alienandis vel non

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

facio ipsi adhuc vacanti imponi onus honestum cum consensu Capituli, ita ut beneficium postea conferendum unà cum onere ad successorem transeat. Vid. *Leur. For. benef. p. 2. q. 776. n. 2. & Pichl. h. n. 9.*

TITULUS. XIII.

De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

Q 1. *Qua sit explicatio rubricæ tituli præsentis?*

Resp. 1. Nomine *Rei* generaliter loquendo varia venire possunt; sic aliæ sunt res *Corporales*, quæ sensibus externis subjiciuntur; aliæ *Incorporales*, quæ licet tribuant facultatem agendi, quod est sensibile, in se tamen sensibiles non sunt. *Corporales* sunt vel *mobiles*, quæ aut se ipsas connaturaliter de loco in locum movent, ut animalia; aut ab aliis absque læsione de loco in locum moveri possunt, ut vinum, &c. vel *immobiles*, quæ salvæ & integræ de loco in locum nequeunt moveri. *Actiones*, *obligationes* & *jura* accensentur vel *immobilius*, si his, vel *mobilibus*, si *mobilibus* adhæreant. Inter *mobiles* aliæ sunt *pretiosa*, quæ ratione pretii, antiquitatis, artis, in thesauro Ecclesiæ reputantur. Aliæ non *pretiosa*, quæ servatæ non conciliant specialem decorem. *Mobilius* aliæ possunt *servando servari*, aliæ non, uti vinum, oleum. De singulis procedit quæstio in seq.

Resp. 2. Nomine *Ecclesiæ*, quod in hac materia

E 5

teria

teria favorabili latè sumitur, veniunt non tantum
 loca sacra, seu consecratione Episcopi ad Sacri-
 tia deputata, ut sunt templa, sacella, Oratoria; sed
 etiam quævis loca pia & Religiosa, auctoritate
 Superioris Ecclesiastici constituta, qualia sunt
 Monasteria, Conventus, Xenodochia, Hospita-
 talia. *Aut. hoc jus porrectum. C. de Ss. Eccles. re-
 in c. hoc jus 2. Caus. 10. q. 2. it. c. 5. h. t.*

Resp. 3. Nomine alienationis non tantum
 hac materia venit alienatio strictè dicta, qui
 transfertur dominium directum rei cuiusdam
 in alterum, sed etiam latè dicta, ut constat ex
c. 5. h. t. Clem. 1. eod. Extrav. Ambitiosa. h. t. inter. Comm. Ratio, quia alienatio est prohibita
 tantum in favorem Ecclesiæ, qui favor ex
 ampliativè sumi *Ly alienationem.* Itaque prohibe-
 tur non tantum donatio, venditio, permuta-
 tio. *c. 5. cit.* sed etiam constitutio hypothecæ,
non quidem generalis, sed specialis: concessio
 feudum: locatio ultra triennium: transactio, per
 quam res Ecclesiæ in alium transfertur, compro-
 missum, &c.

Resp. 4. Nomine conditionis in *c. 5. h. t.* pro-
 hibitæ venit omnis pactio seu conventio super
 rebus Ecclesiæ immobilibus vel mobilibus pre-
 tiosis, per quam Ecclesia oneretur. Sumitur
 ex *L. 6. §. 2. ff. de contrah. empt.* Deinde juxta
 probabiliorem alienationis nomine *h. t. prohibi-
 bitæ* venit etiam repudiatio sive hæreditatis,
 sive Legati, quo res immobilis vel mobilis
 pretiosa Ecclesiæ aut Monasterio relicta est,
 ita,

ita ut repudiatio talis fiat invalidè: si sit repudiatio non simplex, sed cessio aut permutatio in favorem alterius, certa ejus est prohibitio; de simplici probatur tum *ex L. 5. §. 8. ff. de reb. cor. qui sub tutel.* tum exinde, quòd Prælatus *repudiando hæreditatem* privaret Ecclesiam jure acceptandi & adeundi hæreditatem, quod jus per delationem hæreditatis acquisiverat; *repudiando legatum* privaret Ecclesiam rei legatæ dominio, & jure in re, quod etiam ignoranti & ante traditionem fuerat acquisitum.

Q. 2. *Quanam res Ecclesiastica liberè alienari non possint?* Resp. 1. Prohibentur alienari liberè, id est, absque *justa causa & solennitatibus*, copulativè requisitis, res Ecclesiarum *immobiles*, magni valoris & utiles Ecclesiæ, sive eas alienare velint Episcopi, sive Prælati, sive alii Ecclesiarum Rectores. *c. 1. 4. & seqq. h. t. Clem. 1. Extrav. Ambitiosa. Trid. Sess. 22. c. 11 de ref. &c.* Ratio hujus tam multiplicis prohibitionis est necessitas & utilitas Ecclesiarum. 2. Prohibentur eodem modo alienari *res mobiles pretiosa*, quæ servando servari possunt, v. g. *vasa aurea & argentea*, quæ sunt de thesauro Ecclesiæ, non verò illa, quæ sunt antiqui mōris, nec speciale afferunt ornamentum Ecclesiæ. Engel *h. t. n. 5.* alienari etiam prohibetur *ususf. longi temporis; census annui ex re immobili necdum cessi; reliquia Sanctorum insignes: Bibliotheca saltem copiosa, &c.* 3. Quid de pecunia dicendum, an inter res pretiosas mobiles referenda, disputant

tant AA. tum dicunt plerique eam inalienabilem esse, si donata, à testatore relicta, aut ex venditione rei immobilis vel mobilis pretiosæ redacta in hunc finem, ut alia res immobilis vel mobilis pretiosa exinde comparetur, quia sic censetur per factam destinationem inter immobilia,

Q. 3. Qua res Ecclesiastica liberè possint alienari? Resp. 1. Absque juris solennitatibus alienari possunt ab Administrantibus, Prælatibus, Rectoribus Ecclesiarum res Ecclesiæ mobiles pretiosæ, saltem si servando servari non possint, cujusmodi sunt frumentum, vinum, oleum, & alia, quæ arbitrio judicis respectivè vel ad Episcopum, vel ad inferiorem Prælatum pretiosæ non habentur. Ratio, tum quia id non reperitur prohibitum, tum quia nimis foret difficile, harum alienationem solennitates omnes adhibere.

2. Res Ecclesiæ inutiles & multò magis damnosæ. c. 20. 52. 54. caus. 12. q. 2. Imò & res immobiles exigui valoris alienari possunt absque solennitate. can. terrulas. 53. caus. 12. q. 2. de donat. & ex praxi Prælatorum.

3. Res mobiles, quæ donatæ vel legatæ sunt Monasteriis bonorum incapacibus. Engel h. n. 9.

4. Res antiquitus in feudum vel emphyteusim dari solitæ, ut adeo, si revertantur ad Ecclesiam, sine solennitate possint denuo in feudum dari.

5. Res & bona quacunque in causa urgentis necessitatis, ubi consensus S. Pontificis vel alterius Superioris absque gravi Ecclesiæ damno nequeat expectari. c. 4. de

de consuet. c. 4. de R. J. 6. Demum bona alienari
 permiffa poterit etiam Prælatus alienare, licet
 emiferit juramentum, non alienaturum se res Ec-
 clefiæ inconfulto Papa. Ratio, quia juramentum
 hoc ad terminos juris restringendum; item quia
 talis jurans, fe non alienaturum bona, non potest
 aliter cenferi juraffe, nifi quòd nolit illicitè aliena-
 re, Ergo.

Q. 4. *Quanam fint causa, ex quibus Pralati
 res immobiles vel mobiles pretiofas poffunt aliena-
 re?* Resp. Sive requirantur folennitates, five in
 quibusdam rerum Ecclefiasticarum alienationi-
 bus fecundum dicta non requirantur, femper ta-
 men una ex tribus feqq. caufis ad validam aliena-
 tionem adefse debet. Ratio, quia iufta caufa non
 jure tantum humano, fed etiam divino & naturali
 ad alienationem bonorum Ecclefiasticorum re-
 quiritur, quod jus utrumque vult, non diffipari
 res Ecclefiasticas contra mentem Fundatorum &
 cum præjudicio cultus divini. Causæ autem ju-
 ftæ funt. 1. *Necessitas urgens*, dum v. g. alius mo-
 dus debita folvendi non luppetit. 2. *Utilitas evi-
 dens*, quando per alienationem major potest fru-
 ctus procurari. 3. *Pietas*, ratione cujus ad alie-
 nationem deveniri poffe, dum vel redimendi ab
 infidelibus captivi, vel alendi pauperes, vel am-
 pliandum pro feputura fidelium cœmeterium,
 vel ædificandum templum, notat Schmalzgr. h.
 n. 57.

Q. 5. *In quibus confiftant folennitates à Jure ad
 alienationem requifitæ?* Resp. 1. In contractu,
 quo

quo Prælatus cum Capitulo vel conventu de necessitate vel utilitate alienationis deliberet. *c. 1. in 6. Clem. 1. eod.* 2. In consensu Capituli qui debet esse majoris ejusdem partis, uti in actibus Capitularibus; item expressus. *c. 1. de his, qua fiunt à Præl. & demum non singulariter & seorsim consentientium, sed Capitularium congregatorum, c. 1. cit. ob verba cum Clericorum collaudatione.* Si tamen consensus Capituli ex post superveniret, scilicet facta iam alienatione, sufficeret. *rubr. & text. c. 3. de his, qua fiunt à Præl.* 3. In subscriptione *c. 1. & c. 2. de his, qua fiunt.* quæ de jure fieri deberet ab omnibus & singulis Capitularibus, quod in præxi non servatur. Intelligenda sunt hæc de subscriptione Capituli, consensu, & tractatu cum eodem, si Ecclesia habet Capitulum. 4. In consensu & autoritate Superioris, quo tamen nomine nec Patronus Ecclesiæ modò venit, utpotè quod nullo jure probatur, nec princeps territorialis. *Schmalzgr. h. n. 107 & 109.* sed olim veniebat immediatus Superior Ecclesiasticus, scilicet in alienatione ab Abbate non exempto faciendâ Episcopus. *can. 41. caus. 12. q. 2.* in alienationibus autem Episcoporum solus Capituli consensus exigebatur. *can. 52. caus. 12. q. 2.* Præterea hodie in alienatione rerum Ecclesiasticarum immobilium vel mobilium pretiosarum, spectato jure communi, necessarius est consensus Rom. Pontificis, causâ licet justâ & solennitatibus aliis de jure requisitis intervenientibus. *c. 2. h. t.*

h. t. in 6. Extrav. Ambitiosa. inter comm. eod.
 De consuetudine Germaniæ dicunt multi, præsertim Scriptores Germani, non videri receptam *Extravag. Ambitiosa.* quoad hoc, ut requiri necesse sit consensum Apostolicum præf. à Principibus Ecclesiasticis, nec quoad pœnas in eâ statutas.
 §. Ultimò hic notandum cum Pichl. *h. t. n. 2.2.* contra Engel. *n. 16. eod.* solennitates prædictas etiam requiri, casu quo una Ecclesia in alteram rem aliquam alienat. *c. 1. h. t. in 6.* Ratio, quia jura non distinguunt inter alienationes in laicos aut Ecclesias vel Ecclesiasticas personas factas.

Q. 6. Utrum alienatio rei Ecclesiastica immobilis vel mobilis pretiosa sine interventione solennitatum facta sit invalida? Resp. 1. Loquendo de foro externo ipso jure nulla & invalida est. *c. 1. 3. 8. de his, quæ fiunt, à Præl. c. 6. h. t. 6. sin. eod. in 6. Extrav. Ambitiosa. inter Comm. h. t.* non aliter tamen nulla est talis alienatio, nisi in quantum exigit favor Ecclesiæ, sic, ut, si v. g. emptor rei Ecclesiasticæ, sine forma juris alienatæ, eam velit ultro restituere, non teneatur acceptare Ecclesia, si malit contractum per solennitatum adhibitionem firmare. *can. 42. caus. 12, q. 2.* Ratio desumitur ex paritate contractûs cum pupillo initi, qui irritatur à Jure, nisi interveniat auctoritas tutoris; in quantum tamen pupillo favorabilis est, sin eo stare velit, sustinetur.

Resp. 2.

Resp. 2. Loquendo de foro interno, alienatio rei Ecclesiasticæ facta ex justa causa, sed absque solennitatibus, valida est. Ratio, quia alienatio subsistit de jure naturali, cum habeat omnia, quæ ad ejus substantiam requiruntur; de jure positivo nec constat, nec sufficienter probari potest, irritatam esse pro foro interno ergo. Hinc etiam eruitur, quod rem Ecclesiasticam sine solennitatibus recipiens, eam in conscientia non teneatur restituere ante sententiam.

Q. 7. Quomodo consultum sit Ecclesia contra alienationes illegitimè, id est, absque justâ causa & solennitatibus juris factas? *Resp. 1.* Habet actiones duas, personalem unam adversus Prælatum vel administratorem, res Ecclesiasticas male alienantem. *c. 3. de pignor. realem* alteram adversus possessorem rei alienatæ ad rem alienatam recuperandam. *c. 4. h. t.* ubi optimè facit Ecclesia intentando remedium possessorium præ actione rei vindicatoria.

Resp. 2. Rem Ecclesiasticam male alienatam non Superior tantum alienantis, sed ipse etiam Prælatus alienans revocare potest. *text. express. in c. 6. h. t.* etiam si jurarit, se non repetiturum rem alienatam, quia hoc juramentum, utpote tendens contra utilitatem Ecclesiæ, non ligat. *Schmalzg. n. 155.* habet, quinam post mortem Prælati male alienantis rem Ecclesiasticam alienatam possint repetere. *n. 159.* probat, rem Ecclesiasticam à possessore b. f. lapsu 40. annorum præscribi

scribi posse, adeoque repetenti rem alienatam
a b. f. possessore, ob stare exceptionem præscri-
ptionis.

Resp. 3. Habet Ecclesia contra alienationem
etiam legitimè & ritè factam, si per eam de fa-
cto graviter fuerit læsa, beneficium restitutionis
in integrum. *c. pen. h. t.* exemplo minorum &
pupillorum. Hoc tamen casu restitutio facien-
da, ut iustus restituere neque in damno sit, ne-
que in lucro, juxta *L. 24. §. 4. ff. de minor.* Si
verò quis rem Ecclesiasticam teneatur restituere,
quia absque justa causâ & solennitatibus non ad-
hibitis alienatio ejus est facta, procedendum erit
eo modo, quo aliàs in rerum aliarum vindica-
tione cum distinctione inter bonæ & malæ fidei
possessorem proceditur.

Q. 8. Quanam sint pœnæ malè alienantium &
malè alienata recipientium? *Resp.* Hodie per *Ex-
trav. Ambitiosa. inter comm. h. t.* seqq. obtinent.
1. Præterquam quòd alienatio extra casus ibi
exceptos inconsulto Pontifice facta sit nulla, alie-
nansæquè, si sit Episcopo vel Abbate inferior, ac
recipiens rem alienatam incurrunt excommuni-
cationem, quæ non quidem vi dictæ *Extrav.* sed
Trid. Sess. 22. c. II. de ref. est S. Pontifici refer-
vata. 2. Episcopi & Abbates alienantes incur-
runt interdictum ingressûs in Ecclesiam, & si per
6. menses in hoc interdicto persistierint, suspensio-
nem ipso jure ab omni administratione & regi-
mine Ecclesiarum ac monasteriorum. 3. Infe-
riores Prælati, Rectores, Administratores ultra

excommunicationem ipso facto sunt privati
 neficii, quorum bona alienarunt. Excusatio
 men ab his pœnis *consuetudo*, ubi Extrav. vel
 est recepta, vel abrogata: *actus imperfectio*,
 alienatio sortita non sit effectum: *bona fides*
 nantis vel recipientis bona alienata: *ignorantia*
probabilis ejus, qui vel nescivit talium rerum
 nationem esse prohibitam, vel pœnas has
 annexas.

TITULUS XIV.

De Precariis.

Q. 1. *Qua sit hujus cum prioribus Titulis con-*
xio, & quid importet? *Resp.* ad 1. *Cum*
 alienationem rerum Ecclesiasticarum prohibita
 per contractus soleat deveniri, ab hoc usque
 Tit. XXIV, inclusivè de variis eorum speciebus
 tractatur.

Resp. ad 2. *Dupliciter* accipitur *Precarium*
 jure. *Precarium* sive *contractus Precarii* jure
 cognitus est *tot. tit. ff. & C. de Precar.* *Precarium*
 sive *contractus Precariarum* est à jure Canonico
 inventus, & à *Precario* plurimum differt, ut
 sim AA. & Leur, b. t. Q. 209.

Q. 2. *Quid sit Precarium & quid juris circa*
illud? *Resp.* 1. *Sumptum pro re precario concessa*
 est id, quod precibus petentis utendum datur
 tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur, id est
 non revocat, c. 3, b. t. L. 1. ff. eod. pro actu
 quo